

## **Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

Jn Omnes Totivs Anni Dominicas Æstivas, à Festo Pentecostes vsque ad  
Aduentum

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica Octava Post Pentecost.

---

---

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56306](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56306)

DOMINICA OCTAVA POST  
PENTECOST.

adesse, & gloriose Deiparæ precibus successore placeat. Iacto Angelica illa salutatione compellemus dicentes.

## Partitio.

- I. *De fama nota meliora.*
- II. *De auctoritate quia hic est indicio.*
- III. *De ratione reddenda.*
- IV. *De diffamato.*
- V. *De vultu iudicatore.*
- VI. *De capto villici consilio.*

*Homo quidam erat dives, qui habebat villum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius. Luc. 16.*

## FIGVRA.

a Regis,

POTENTISSIMVS Rex David, audita Nabalis auaritia & sordibus, quæ communi vicinorū fabula celebrabantur, quæq; quotidie ad aures regias perueniebant; rationem ab illo exigere statuit, & videre num famæ res ipsa responderet: si quam vero in illo culpam reperisset, dominum & viuversam familiam perdere; verum cum sibi sordidus ille metueret, Deus, ut hanc capitii imminentem calamitatem auerteret, illius misertus, vxorem illius Abigail excitauit, quæ Dauidi obuiam procedens, maritum illi reconciliauit, iram regiam compressit, bellum extinxit, & Nabalem ab ineritu vindicauit. Ipsum sub egregiæ cuiusdam parabolæ involucris hodierno in Euangelio cernere est: videmus hic enim hominem diuiteum, cum inaudisset villicum omnia bona dissipasse, ab eodem rationem deposcere; villicum autem domini iram metuentem subiectam sui conseruandi rationem excogitare; accedens siquidem conseruos suos, qui ei ratione villicationis debebāt, & cum iis transigens, dominum placauit, ruinam sibi impendentem auertit, rerum suarum statum redintegravit, ac tandem etiam laudari a Domino meruit. Egregia hit se venandi offert materia, quam prosequar, eamque vobis vbi prædam comprehendero, ad oculum demonstrabo; modo Spiritui sancto cœptis

## AVE MARIA.

Sponsa illa amore dilecti sui nimium quantum exæstuant, cum sponsi perfectiones ac merita sigillatum recenseret; famam illius bonam, & apud omnes depra dicatam, imprimis extollit ac celebriat, idque hisce verbis: *Curremus in odorem vnguentorum tuorum, oleum ssuum nomen tuum.* Quo loco Hebrei interpres, per vnguentorum odorem, sponsi famam euilque virtutum encomia paullum celebrata intelligunt, qua olei instar effusa, magnum illi apud omnes orbis nationes honorem, admirationem & cultum excitat. Paraphrasis autem Chaldaica in idem omnino recidens, transtulit: *A voce miraculorum tuorum & potentia tua populo tuo dimis Israel: commoti sunt omnes populi qui auierunt famam potentia tua, & signorum tuorum bonorum, & nomen sanctum tuum auditum est in vniuersa terra; quod electum est magis quam olem vnguentum, quo vnguntur capita regum & sacerdotum.* Bodem etiam modo interpretatur Apostolus cum odorem notitiae Christi, appellat famam doctrinæ & miraculorum faciun, quæ in illarum aromatum per omnes mundi angulos gratum odorem spissferunt. *Deo autem gratias, inquit, qui odorem notitiae sua manifestat per nos omne loco, quia Christi bonus odor sumus.*

Et sane sponsa merito sponsum à nominis fama celebrat; nihil quippe maiorem laudem & præconium meretur, quam fama de virtutum exercitio, & vita honestate concepta. Quo alludit, verbis quidem metaphoricis sapiens, *Melius, inquit, nomen eius bonum quam vnguentum pretiosum.* Psalmographus vero sponsæ illius regiæ dignitatem ac famam apud omnes bonam depra dicans, iisdem propemodum verbis & figuris, *vitus, hyperbolica quadam ratione ait, Myrra & gutta & cæsia à vestimentis tuis: quo loco veritas Hebraica, fide expressa, haberet.*

*Myrra.*

*Myrrha, gutta, & casia omnia vestimentata.*  
longobat autem hofce tropos & similitudines, ut magis hac ratione fama illius magnitudinem deprehenderet & extolleret.

*Hinc Ecclesia merita sua recensens & enumerans, nihil in se ipsa, quod maiorem laudem & praecionum mereatur inuenit, quam operum bonorum odorem, quamobrem de gloriata ait: Ego quasi v. tu fructus sui suum odoris, vbi notandum est, illam non modo de odore florum, sed de fructuum, locutam: neque enim satis est in Ecclesia eloquentia nomen & famam quemquam affectum, verum requiruntur & opera & facta. Hinc Iliae Patriarcha filii sui Jacob vietam dilaudans ait: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, floribus qui gratissimos circumque odores spirant. Quin & Apostolus omnium Christianorum nomine ait: Bonus odor Christi sumus; nihil enim effamus aliud quam crucem, penitentiam, opprobria & mortem: nullus in nobis odor aulam spirans, nullus carnis, deliciarum, aut mundi. O famam bonam, & apud omnes celebratam!*

*Ait Antonius Misaldus herbam quādam, nomine basilicon, in capite illius, qui sapienter illam sentit, scorpiones & viperas aliasque noxia animalia generat; de rei veritate non laboro: certo tamen constat, mandum, carnem & voluptates tam pestilentis odoris esse adeoque noxijs, ut in sepius eadem sentientium animis, serpentes & aspides, id est, peccata, scandala, infamiam & malum nomen prolignere soleant: de huiusmodi autem illa Isaiæ dici potest: Et erit vix suavi odore fector, vita quippe impiorum cloaca & foricis tertiior est & malevolentior.*

*Econtra vero pīj & virtutis amantes non modo dum viuunt, sed post mortem etiam, iucundissimum vitæ anteactæ odorem spitant. Atque hoc ostendere in Canticis sponsa voluit cum diceret ænigmatische: Mandragora dedrunt odorem in portis nostris: quæ verba Philo Episcopus de bonæ vita fama, quam pīj in hac vita sibi acquirunt, quæ sunt. Bi- que post mortem crescit, & in immensum patrum augetur, ut priorem, quam in vita habue-*

*rant famam, longe antecellat, exponit. Quod ut melius intelligatis, cum sancto hoc viro notandum est, mandragoræ radicibus inesse proprietates; primo namque includit & exprimit figuram hominis mortui, deinde nihil ex hac herba afferuati præter radicem, quæ sola plus quam cætera redoleat folia, & à qua sola reliquæ plantæ odor dimanat: Innuere autem vult sponsa, veteres illos Patriarchas, Prophetas & Martyres, quamvis male videbentur esse famæ, quamvis à iudicibus torturæ subiicerentur & ecclæsis, quamvis ab uno iudice mitigarentur ad alium, tametsi seditionis, magi, scelasti & impostores dicerentur, & quamvis Præsides (qui olim in urbium portis iudicium exercebant) eos morti adiudicarent; mortuos tamen & iam sepultos bonum & gratum vitæ prius actæ odorem diffisse.*

*Huc respexisse prouidam illam credidimus Abigailen, quando Davidem regem pacauit, & mitibus verbis eum induxit, ut à sanguine abstineret, & in stolidum suum Nabalem violentius non insurgeret, dicens: Nunquam hæc animum tuum subeat cogitatio Domine mi rex, ne quam forte sinistram de te ipso opinionem apud homines excites, sibique illi persuadeant, à prauis te affectionibus transuerunt abripi, sanguinem humanum sitre, crudelitatem spirare, ne tibi hoc dedecori sit & infamiz, ac non nemno tibi obiciat, si enim surrexerit homo persequens te, & querens animam tuam, erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo riquentium, apud Dominum Deum tuum. ac hæc dixisset: Cogites velim Domine mi rex, omnes sanctos fasciculi instar florei esse, qui in masu Dei gratissimum odorem spirent: si vero ab ira & yndicta te abripi finas; integratum instar putiscentis floris odorem spirans, nunquam in floridum illud ferrum cooptaberis. Atque hic obiter notanda venit insignis veterum Hebræorum consuetudo. Hebræo-tudo, qui hanc mortuorum tumulis Epigraphen inscribebant: Colligat re Domini rum curiæ in fasciculo viventium. Dicta sunt hæc occa-sitas.*

gelo famam legere est, ideo eum Dominus ad rationem reddendam compellit ac villicationem ei adimere conatur. Historiam S. Lucas parabolæ cuiusdam more recitat: *Homo quidam erat dives, qui habebat villicum, & hic dissipatus est apud illum, quasi dissipasset bona illius.* Ut porro ex ordine & methodice parabola huius seriem deducam, primo loco de diuite hoc verba faciam, ac deinde de villico. Aures vos mihi accommodate, & iisdem digna multa adducam.

II. Vix historiam hanc parabolicam sum ingressus, quin statim è gestis & agendi ratione diuitis huius hominis colligam, imaginem illum summi Numinis referre, eiusque personam agere. Eiusdem mecum omnes sancti Patres & Ecclesiarum Doctores sunt opinionis, & ipsa non dissentit Scriptura sacra, in primis Psalmorum volumen, in quibus legimus: *Gloria & diuitia in domo eius.* In domo mundi & creaturarum omnium, non nisi mera paupertas & molestia cum ærumnis; at in Dei palatio, honor, gloria, voluntas, deliciae, diuitiaeque infinitæ: solus siquidem ipse essentia sua diues est, creaturæ autem à bonitatis illius immensa thesauro diuitias & potentiam suam mutuantur. Unde Apostolus: *Idem Dominus omnium, diues in omnes qui invocant illum;* quam late limites iurisdictionis hominis huius diuitis patentes, quam extensi sunt! de se enim apud Psalmistam loquitur: *Mens enim est orbis terræ, & plenitudo eius.* est namque totius universi Dominus & rector, ac verus Salomon, de quo scriptum est: *Quia magnificatus est in arietate, & gloria super omnes reges mundi.*

Curiosa  
Theolo-  
gorū di-  
sputatio.

*Rom. 10.* Rom. 10. *Psalm. 49.* *2. Paral. 9.* Huius potentiae occasione, Scholasticae Theologiæ periti curiosam quæstionem instituunt, vtrum Deus, solus in se maior sit ac perfectior, quam simul cum vniuerso mundo consideratus: post varia in utramque partem proposita argumenta, vnanimiter tandem consenti afferunt, Deum vna cum mundo non esse maiorem aur perfectiorem, quam sit solus in se: cum enim infinitus sit, nihil ei omnino addideris, vniuersum licet ei orbem adiungas: quia punctum additum puncto, non facit maius puncto. Omnes

porro creaturæ Deo collatae nonnisi punctum quoddam & apex sunt, atque ita totus quantus quantus est orbis, huic infinito additus, ipsum nec maius, nec amplius efficit. Hanc me Philosophiam edocuit regius Propheta, dum in diuinis laudes effusus ait: *Magnus Dominus & laudabilis nimis,* *Canta. Psal. 46.* *genitudo eius non est finis.* est quippe vastissimus perfectionum Oceanus, in quem quævis omnes magnitudinis mundi huius torrentes ac fluminis ingrediantur & irruant, ne minimum tamen sufficitur aut redundat, & è cuius abyssis licet omnia deprimantur, in nullo tamen minuitur aut deprimitur. Quod scite explicat triaialis ille versiculus:

*Omnis dat Dominus, non habet ergo minus.* *Ecclesiast.* & proposito multo accommodatis Sapientis: *Omnis flumina intrant in mare, & mare non redundat.*

Diues hic homo villicum habet, cui omnes agros, prædia & villas ad tempus elocavit: hominem scilicet, cui Deus totus villicus & prædia concredidit, de quibus exacta illi reddenda erit ratio, ob mundum scilicet cum omnibus creaturis, ob corpus tot sensibus & facultatibus prædictum, ob animam tot potentias & dotibus exornatum, ob proximum, de cuius salute solicitude habenda. Quanti porro concredata haec dona ac prædia ponderis sunt! Obiter porro hic notandum est, hominem rerum temporalium, & sui ipsius non dominum, sed tantum villicum & velut œconomum appellari: quod probe Job perspectum habens, vnicum bonorum suorum dominum appellat Deum, non vero seipsum, apteque profitetur, ea sibi non secus a fidei commissum & feudum esse ab illius magnitudine & potentia concredata: *Dominus debet, Dominus absulit, sit nomen Domini benedictum.*

Cum villicus hic non usque adeo probe se & ex debito gessisset, & rationes non usqueaque responderent, apud Dominum delatus est, & de peculari accusatus; qui mox ira exæstuans eumdem ad rationes reddendas vocavit, & ob prauam quam de eo inaudierat famam cum coarctauit.

guens ait: *Quid hoc audio de te?* ubi benignitatem & insignem Domini huius patientiam notare oportet: nam quo loco alius prauis naturae motibus vrgentibus & passionum vehementia extra mentis statu actus, viso sua dilapidari & consuam, dixisset: Prodigie, depeculator, praedo, improbe, perfide, bonorum meorum dilapidator ac decoctor, itane te meam filiorumque meorum haereditatem, tua laicuiua ac dissolutionibus, decoquere ac destruere? faxo ut in carcere situ atque fætore horrenti computrescas, & reliquam adhuc bonorum portionem impēdam, ut te in crucem agi videam; ipse modeste, benigne & humaniter dicit: *Quid hoc audio de te?*

Audiēdus Egregium iudices hinc documentum eliciunt; ut reum scilicet prius audiant, quam quum cōmoriūt addicant; purgareque se prius reum, & factum si potis est, iustificare finant, quam fulmina sententiæ condemnatoriæ erimunt. Ita Adam læsæ maiestatis coram diuino tribunali accusatus prius citatus & vocatus fuit, quam iudicatus, *Adam ubi es?* similiter etiam Cain. Hinc quoque Nicodemus Iudeus ait: *Numquid lex nostra indicit hominem, nisi prius ab ipso audierit, & cognoverit quid faciat?* Et Iudæus Præses Festus, in actibus: *Non est, inquit, Romanis consuetudo damnare aliquid hominem, prius quam is qui accusatur, locum defendendi accipiat.* Idcirco diues hic, quo prudentiam suam manifestam faciat, villicus ait: *Quid hoc audio de te?*

Deus ē  
celo no-  
nūt om-  
nia, que  
hic in ter-  
ra geran-  
tur.  
Heb. 4.  
Audiēdus Gen. 3.  
Gen. 4.  
Gen. 7.  
Act. 25.

Noua hinc rursum doctrina consurgit, scilicet, Deum qui per hominem hunc diuitem designatur, in celo residentem quidquid hic in terra agitur, accurate contemplari: *Omnia enim nuda sunt & aperta oculis eius.* Veruntamen licet omnia delicta nostra probe cognita habeat, & tam oculis propriis intuendo, quam certa Angelorum delatione, norit quidquid nos tangit; non prius indicare aut sententiam ferre vult, quam reum coram, & ore confitentem proprio, ac velut suis se verbis condemnantem, audierit. In quo, sœculi huius iudices docuit neminem, aduersarij tantum delationi credendo, non auditum, condemnare: cum

constet accusatores & iniquos delatores saepe errare posse, aut rancore quadam concitatos accusationem instituisse (principiantia siquidem corruptela & nouerca iustitia est.) In quo etiam David cuius tamen prudentia multis in rebus perspecta est, lapsus est, quando nimis facile Sibæ, qui Miphibosethum derulerat, credens, iniquam ac perniciosa sententiam tulit, qua omnes illius fisco addixit facultates, & in delatorem, qui herum falso accusarat, transtulit: *Et ait rex Siba, Tua sunt omnia qua fuerunt.* 2. Reg. 16. *Miphiboseth.*

At non ita diues hic agit, sed priusquam Domini in villicum sententiam pronuntiet, ex ore huius rei rem vult intelligere, illiusque rationes māsueruntur; ait enim: *Redderationem villicadō.* Quibus in verbis egregiam misericordiam & mansuetudinem in diuite hoc reluentem contemplari video, qui in seruum suum quamvis prodigum non insurgit, nec irascitur, non intentat minas aut verbera, nullam præfert iram aut bilem, sed insigni quadam modestia rationes depositit. Nostrum erit hinc discere, non semper ad correptiones, aut reprehensiones duriores, vel minas, quas ira aut bilis suggerit, oportere descendere, quod exemplo Eliæ fier manifestius. Hic enim cum Achab regem impium magno diuini honoris zelo, & verborum accedine reprehenserit dicens: *Non ego turbavi Israel, sed tu,* 3. Reg. 19.

*& domus patris tui, qui dereliquisti mandata Domini, & secuti es sis Baalim:* & deinde solus in montis ageret cacumine, Deus ostendere cupiens, non semper correptiones amarores, sale & acero mordaciores, adhibendas, sed eas ipsas dulcedine & melle nonnihil temperandas condientesque; violentum quandam turbinem initio emisit: *Spiritus grandis & fortis subvertens montes, & confringens petras coram Domino,* sed in hoc turbine non erat Deus, *& non in spiritu Dominus.* Additur mox motus quidam terræ, vt & mons tremisceret, & petræ in duas partes scinderentur, & nondum tamen aderat Deus: successit dein ignis quidam vehementior, qui omnia circumquaque in flamمام & fauillas redigeret, *& post commotionem*

CONCEPTVS THEOLOGICI

*ignis*, nec tunc quidem aduenit Deus. Sed tandem lenis quodam Zephyri aura circum Eliam surrexit: *Ei post ignem subitus aura tonus*, vel prout Hebrae habet lectio: *Et post ignem vox emissâ subitus*, in molli illo flabro & vocetenuicula, Deus summa cum maiestate descendit. Hoc autem emblemate denotare D<sup>e</sup>s Eliæ voluit, non esse mirum, si Achabum illa durior correptio non correxerit, sed infelicem exitum habuerit, cum debito non processerit ordine, nec rationes adhibuerit requisitas. non semper enim conuenit, duorum verborum ut turbinibus, & reprehensionibus terram concutientibus, non semper ignea quadam cholera, & iniuriam praeferentibus taxationibus: nam in his omnibus non inuenitur Deus, saepe namque maioris ponderis & efficaciae est vox ab animo charitate fusceno procedens, dulcis & lenis, quam omnes ab irato & perturbato proficilentes minæ.

*3 Reg. 19.*

Notat hic doctissimus Cardinalis Caetanus, tres illas priores Prophetæ visiones non nisi imaginarias fuisse, ultimam vero solam realem, vocem scilicet *vocalem*: ad significandum, violentas illas & furiosas correctiones inutiles esse ac nullarum virium, ac proinde in sumum euancescere; solam humilem & modestam quadam ratione prolatam prodesse, & effectum quandam realem ac verum in correpti animo causari.

*Cant. 4.*

Sponsus in Canticis quandam sponsæ perfectionum Catalogum quodammodo texens, in primis labia illius celebravit: *Labiata sicut vitta coccinea*, quod ænigma Philo Episcopus enodans air, Sponsum hic tacita quadam ad coccineum Raab meretricis funiculum quem in Ierichuntino exercio è fenestra posuerat, postquam exploratores occulastet, & per fenestras seruasset, hocce lignum velut symbolum perpetuæ deuinationis, & singularis cuiusdam quam declararat benevolentia & amicitia indicum eo loco relinquens, allusisse: & quoniam factum hoc è singulari quadam & feruenti dilectione proficisciatur, æquum profecto videbatur, ut signum hoc &

*Ias. 7.*

hieroglyphicum coloris quoque flammæ foret, qualis reuera purpureus aut coccus, qui & verum amicitia symbolum: quod ut apertius explicetur, sensus est, iuli verba è tanta charitate proficisciuntur, ut si vel os tantum ad eadem proficenda appetiat, vel ipsum ad eadem continenda occludat, Raab ipsam imiteretur, quæ fennas occlusit, ut milites Iosue conseruaret, qui si in Ierichuntinorum manus incidissent, ab iisdem ut scelesti quidam exploratores iugulati fuissent; eisdem etiam aperuit, ut per eisdem admissi hostium manus euaderent. Ita quoque tu, o Sposa, si ostium oris tui oculatas, peccatum occultare vis peccata & imperfectiones, quorum famam obscurari non patet; cum vero ipsuas reseras eosdem defendere & excusare. Ipsum quoque diues hic in Evangelio agit, qui aperuit os, non ut insurget, clamaret, iuraret, blasphemias euomeret, seruique famam & nomen denigret, sed summa cura modestia & verborum dulcedine ait: *Redue rationem vulturionum tua.*

Gladius ille regius, qui ore viri illius Apocalyptici egrediebatur, non tanta scindebat violentia, ut merito quis illum propterea timere debuerit; ore enim gladium praefers, stellas quoque in manu ostendit, quæ diceret, si verborum & linguae meæ gladio seruiam; si reprehensiones meæ aculearæ sint, non est quod ideo quisquam sibi meruat; cœlum namque, cuius stellæ quas manu gerò symbolum sunt, vobis reddam, simul etiam tacite edocere volebat, si quando alios reprehendimus, dulcedinem fierum cum vuarum acrimonia temperandam, zelo, inquam, rigorem, charitate iram, & stomachum levitate condiendum, stellas quoque in manu esse oportere, cum gladius ore exercitur: id est, amorem salutis proximi eum a cœlo & gladio reprehensionum concurrere debere.

Sponsa illa in Canticis dilectum suum ex- *Cant. 4.*  
tollens, linguae illius dores emitendas non cessuit, sed ait: *Mel et lac sub lingua eorum*; id est, Quanta, mi dilecte, differentia est inter osculum & os corum, de quibus agit Psalmista: *Ven-*

Venerum ab aliis sub latere cursum. Laudare alio quod locutus fuerint homines. de iustitiae operibus Matth. 12, reddent in die iudicii. de operibus denique teste Ecclesiastico, Cuncta qua sunt adducet Deus in iudicium. Quinimo & de bonis operibus, ut minimum discutiat, qua intentione facta sint. Vnde in Psalmis ait, Cum accepero tempus ego iustitias asseram iudicabo. Quid? si ram exalte in iustitias verbaque leuria & otiosa inquirat, quid de iniquitatibus peccatisque & blasphemis cum facturum putatis? Et profecto certissimum, summo illi Iudici Deo Deo ratio exactissimam de omnibus, quae nobis in manus tradidit, esse reddendam rationem; debus red anima inquam, num illa quae pretioso Christi sanguine lota fuit, nostrorum peccatorum sordibus inquinauerimus, de corpore, num sacrum illud Spiritus sancti templum adulterii, incestu, sacrilegiis, gula & ingluie polluerimus & profanauerimus. nam iuxtagat.

<sup>III.</sup> Redderationem vilificationis tuae. Hæ sunt tri-  
stes illæ voces & optimo cuique formidan-  
dæ, quibus ad iudicium vocamur, in quo de  
omnibus, quæ in mundo egimus, coram di-  
uitiis huius, id est omnipotentis Dei, maie-  
state, exactissima reddenda est ratio; omnes  
enim nos, inquit Apostolus, manifestari oportet  
ante tribunal Christi, ut referat unuusque  
prout gerit, in corpore, sine bonum sine malum.  
Deus quidem tolerantissimus est & maxime  
lenis, sed est simul memoria tenacissimæ, ni-  
hilque præteriorum obliuiscitur, ac proinde  
de omnibus rationem exigit. Sponsa me-  
taphorica de dilecto loquens modis ait,  
Crura eiusa columnæ marmorea, qua fundata sunt  
super bases aureas. ac si dicere voluisset, pedes  
illius agiles non sunt nec de loco in locum  
moueri faciles, sed grauissimi ponderis & in-  
star columnarum immobiles. è quo de illius  
longanimitate ac patientia iudicare licet:  
quod vero basibus aureis ianiti dicantur,  
significat Dei erga delicta nostra conni-  
uentiam & patientiam ex merito amore &  
misericordia proficiunt, eisdemque inniti: verū  
tandem aliquando de iisdem rationem red-  
dendam.

<sup>Cap. i.</sup> Rationem inquam de omnibus: de cogi-  
tationibus scilicet, vnde sapiens, In cogitationibus enim impig interrogatio erit: & verbis vnde in Euangelio. Saluator, de omni verbo oti-

alo auod locutus fuerint homines. de iustitiae operibus Matth. 12, reddent in die iudicii. de operibus denique teste Ecclesiastico, Cuncta qua sunt adducet Deus in iudicium. Quinimo & de bonis operibus, ut minimum discutiat, qua intentione facta sint. Vnde in Psalmis ait, Cum accepero tempus ego iustitias asseram iudicabo. Quid? si ram exalte in iustitias verbaque leuria & otiosa inquirat, quid de iniquitatibus peccatisque & blasphemis cum facturum putatis? Et profecto certissimum, summo illi Iudici Deo Deo ratio exactissimam de omnibus, quae nobis in manus tradidit, esse reddendam rationem; debus red anima inquam, num illa quae pretioso Christi sanguine lota fuit, nostrorum peccatorum sordibus inquinauerimus, de corpore, num sacrum illud Spiritus sancti templum adulterii, incestu, sacrilegiis, gula & ingluie polluerimus & profanauerimus. nam iuxtagat.

<sup>2 Cor. 6.</sup> Redderationem vilificationis tuae. Hæ sunt tri-  
stes illæ voces & optimo cuique formidan-  
dæ, quibus ad iudicium vocamur, in quo de  
omnibus, quæ in mundo egimus, coram di-  
uitiis huius, id est omnipotentis Dei, maie-  
state, exactissima reddenda est ratio; omnes  
enim nos, inquit Apostolus, manifestari oportet  
ante tribunal Christi, ut referat unuusque  
prout gerit, in corpore, sine bonum sine malum.  
Deus quidem tolerantissimus est & maxime  
lenis, sed est simul memoria tenacissimæ, ni-  
hilque præteriorum obliuiscitur, ac proinde  
de omnibus rationem exigit. Sponsa me-  
taphorica de dilecto loquens modis ait,  
Crura eiusa columnæ marmorea, qua fundata sunt  
super bases aureas. ac si dicere voluisset, pedes  
illius agiles non sunt nec de loco in locum  
moueri faciles, sed grauissimi ponderis & in-  
star columnarum immobiles. è quo de illius  
longanimitate ac patientia iudicare licet:  
quod vero basibus aureis ianiti dicantur,  
significat Dei erga delicta nostra conni-  
uentiam & patientiam ex merito amore &  
misericordia proficiunt, eisdemque inniti: verū  
tandem aliquando de iisdem rationem red-  
dendam.

<sup>Dan. 2.</sup> Daniel propheta Nabuchodonosoris re-  
gis prudentiam & fortunam extollens ait:  
Tu Rex cogitare cœpisti in statu tuo, quid esset  
futurum posthas. Quam regia, ac potius  
quam prouida ac sagax dicenda est anima,  
qua rationis sibi reddenda, omniumque  
qua post hoc è mundo discessum euentura  
sunt, assidue recordatur. Ioseph ab omnibus  
Ægypti principibus & sapientissimus qui diuina  
habitus est & prudentissimus, quod confi-  
lum Pharaoni suggesteret, ut fertilitatis  
tempore omnia regni horrea frumento  
compleret, quod tempore inedia & steri-  
litatis usui foret. Ipse quoque rex eiusdem  
prudentiam maximis laudibus efferens  
dicebat: Num invenire poterimus talerum vi-  
rum qui spiritu Dei plenus est? Et sane plenus  
ille spiritu Dei dicendus est, qui sibi ipsi im-  
primis consulit, ac prospicit, interea dum  
magna apparet in mundo fertilitas, terraque  
<sup>Gen. 41.</sup> misse-

misericordia regula est (iustitia Domini plena est terra) de virtutibus bonisque operibus, ut si dem, dum maxime opus habuerit in tempore scilicet angusto, gratiarumque inediā, in qua de sola iustitia agetur, vratatur. Stolidus est contra ille est ac vecors, qui terrible quod imminet iudicium perfectum habens, ad id tamen se non præparat, sed omnia dissipat, quasi nulla post hac reddenda foretatio.

Tantopere autem Propheta Iob rigidum hocce tribunal horrebat, ut enixissime agentia pœnitentia delictorumque deplorandorum tempus sibi concedi postulauerit, dicasque vita prolongari, quibus ad ipsum se se præparet, *Dimise me ut plangam paulum dolorem meum, antequam vadam ad terram tenebrosam, & operam mortis caligine.* Huc facit historia quam refert Ven. Beda in historia Anglicana de duobus adolescentibus nobilibus, qui in insula quadam deferta viitantes, magno Deo feruore spiritus seruiebant. Contigit illos grauiter ægrotare, & alter eorum, Egbertus nomine, cum se in extremis agere cerneret, & rationem illam Deo iam iam reddendam apprehenderet, ita perterritus & consternatus est, ut lecto exiliens, seque in terram prosterrens, agenda pœnitentia tempus lachrymabundus & sulpirans à Deo postularit, simulque voverit integrum quotidie Psalterium recitare, & assiduo membra ieunio macerare. Et, ne longè hinc abeamus, villicus hic noſter, audita sibi esse in Domini conspectum venendum, & illi omnis villanionis pœnitentia rationem reddendam, ita percellitur, ut tremat, expallescatur, emoriatur, & pene desperans dicat, *Quid faciam?* Quam prudens ac sapiens ille dicendus est, qui saepius hanc sibi examinis diem proponit, & domini huius verba ob oculos habet, *Redde rationem vilificationis tuae.*

**Zach. 2.** Vidisse visionem se Zacharias propheta Zachariae refert, qua virum vidit in manu funiculum Prophetæ mensurum habentem; *Lenui oculos, in visio moquit, meos, & vidi, & ecce vir, & in manu eius taliter ex-funiculum mensurum.* Utinam nos oculos et posita, iam leuaremus, & videremus, ut Deus, cœlestis ille vir, funiculum mensurum manu

lucat, quo omnes cogitationes nostræ & opera dimetuntur, ut quos breviores inuenient, debito supplicio puniat.

Iosia rege octodecenni ad regiam dignitatem euecto, & feliciter iam regnum moderante, summus sacerdos Helchias volumen legis reperit, quod ob temporis iniquitatem & iniuriam obscuratum inter templi scriuta delituerat, in quo continebant amplissima præmia iis promissa qui legem integræ, sincere & ad vnguem obseruant, supplicia vero grauissima & minæ dirissimæ in eos qui negligenter ac pedibus protererent, eique repugnarent. Quod volumen cum Regi ad legedum destinasset, atq; ille in locum illum incidisset; in quo Deus pestem, famem, ac sexcentas alias calamitates transgressibus Hebreis comaminabatur, ita percussus sibi timuit, ut vestes lacerarit, consultaque Olda prophetisa, quæ tunc temporis Ierosolymis erat, omnem idolatriam aliquæ publica peccata regno proscripterit: Felices profecto illi, qui lecto Euangeliō, vero legis volumine, vel auditu verbo Dei, quod & Dei bonitatem eiusque iustitiae severitatem ob oculos ponit, ita interius cœcitantur ac permouentur, ut corde, non veste, contrito, & piis in consilium viris, qui vera Ecclesiæ oracula sunt, adhibitis, animarum statum ordinant, & procul à regno & imperio vniuersa peccata, scandala, aliasque prauas consuetudines expellant.

Quemadmodum vero illi felices & ter infelices atque amplius beati dicendi sunt, qui tota animi contentione in hanc diuinorum iudiciorum cognitionem incumbunt, ita in non perfelicissimos ac miserrimos iudico illos, qui pendunt, eadem obliuiscuntur, ac memoria penitus eridunt. Et sane prophetæ nihil maioribus & feruentioribus deplorant lacrymis quam supinam hanc hominum negligentiam, qui rei tam grauis arque utilis cognitionem ac memoriam suffocant & obruiunt. Audiamus, quam amare hocce deploret Ieremias, deq; hominum ignavia recordiaque conqueratur, *Posuerunt vineam meam in dissipationem, luxitque super me, desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui cogites corde: & apertius multo Isaias, Nescierunt, neque intellexerunt.*

lexerunt, obliiti enim sunt, ne videant oculi eorum. & intelligent corde suo, non recognit in mente sua neque cognoscunt, neque sentiunt: de idolatria filiorum Israel hic agit, cui tantum immersi erant ut ne cogitarent quidem, esse sibi de ea rationem aliquando reddendam. Post Prophetas quoque ipse Dei filius evidenter sub parabolæ cuiusdam umbra ostendit, quam hæc iudicij cogitatio necessaria sit, videmus enim hic miserum villum à Domino ad rationes exigendas citati, cui dicitur, *Redde rationem villicationis tuae.*

*Lk. 12. sub. A*egyptiorum rex Amasis, referente Herodoto, legem tulit, vt omnes regni subditis, Egyptio. quotannis coram Praesidiis & praefectis num lex e- prouinciarum comparerent, vt vita apud grecia. illos rationem redderent, scilicet vnde venient, quibus natu parentibus, qua ratione familiam instituerent: legem hæc aequissimam arbitratus Solon, eamdem & Atheniensibus prescrivit, qui tam exacte & sedulo eandem obseruarunt, vt si quos vidissent latius viuere & regisse familiam instituere quam primum inquirerent, vndenam illis ad tam ample viuentum suppeteren facultates, si census annus opimus & abundans esset, cœptam vita rationem prosequi permittebantur: sin minus, morti velut peculator & furti rei ac velut decoctores addicebantur. Similem proculdubio legem Christus legifer noster ac rex in Euangeliō tulit; idque sub testamento parabolæ cuiusdam; in qua homo rex rationem ponens cum seruis suis; vnum inuenit qui decem illi talentorum debebat millia; quem ligatum in carcерem, & tenebras exteriores compedit: *Affidatum est regnum caelorum homini regi, qui voluit ponere rationem cum seruis suis; & cum capisset rationem ponere, oblatus est ei vonus, qui debebat ei de em illia talenta.* Hic vero similem omnino habemus, in qua diues rationem à villico villicationis repetit: *Redde rationem villicationis tuae.*

Per villicationem autem hanc, vel negotiationem vel conductionem, aut quocumque demum appelles nomine, per me liber, vniuersique nostrum munus & officium intelligi debet. Porro vnicuique ex officio

*Tom. 2. Pars Aestiva.*

incumbit, quod suscepit munus & ad quod à Deo vocatus est, iuxta D. Thomæ doctrinam, diligenter ac sedulo exequi: ita sacerdotis villicatio, sacerdotium est; iudicis iudicium; mercatoris negotiatio, ac de singulis hisce vnicuique reddenda ratio est, suæ inquam villicationis & non alterius. hinc aperte dic tur: *Redde rationem villicationis tuae,* & non alienæ. vnuquisque enim de suo respondet munere. Quamobrem consultum foret, rerum suarum latagere, nec curiose in aliorum vitam inquirere, eorumque munia examinare. Hoc familiare sibi suis deplorat David, seseque hoc nomine coram Deo accusat: *Derelegit, inquit, me virtus mea, & lumen oculorum, & ipsum non est mecum. non exercitare se & penitus nihil videre ait; sed oculos plus in aliorum quam in propria vita examinanda esse sollicitos & occupatos.*

Quod profecto nō exiguae dementiæ est; *Ecclesiasticus* hinc in Ecclesiastico legere est: *Pes satui factus in domum tuoximi: id est, Is qui parum sapit ac stolidus est, superius per proximi ædes ad illius vitam & actiones excutiendas, quæ per proprias obambulat. Esau prophanus in agris semper legitur vicitasse & filias & dumera incoluisse; Iacob ne pedem domo paterna efferebat: quo allegorice demonstratur, bonorum vitorum esse suæ se conscientiæ ædibus includere, impiorum vero & scelerum, semper foras excurrere, per vicinas obambulare, regiones longinas petere, vt mores aliorum notent; & curiosus inquirant. Stultum igitur est in aliorum vitam inquirere, cum de nostra nobis dumtaxat reddenda sit ratio: *Redde rationem villicationis tuae.**

Tria autem hic dominum villico dixisse IV. comperio, primoleniter eum coarguendo: *Qualia audio de te.* Deinde eum de vniuersitate ratione examinando: *Redde rationem villicationis tuae.* Deinde ab officio eum suo & villa remouendo: *Iam non poteris villicare.* Tertium hoc in mortis hora contigit, quando scilicet villicatio tam in bonam quam in malam partem nobis interdictetur, tunc quoque nox illa obscura & caliginosa erit, nox illa terribilis, de qua apud

X Ioan-

1042.9.

Gal.2.

Varia vil-

lifici huius

expositio-

nes,

De singulis

pers.

Simile.

Ioannaem Christus dixit, *Veniet nox, in qua nemo poteris operari.* Cuius nos rei Apostolus commonefaciens ad Galatas scribit: *Dum tempus habemus, operemur bonum; quasi dicceret. Quamdiu vita haec durat, quamdiu hoc in orbe agimus, tamdiu negotiari licet, tamdiu bonorum operum merces comparare: at vbi virtus huius mundinæ præterierint, nulla mercandi amplius sicut mentio, uti nec primi concionis meæ membra. Iam fatis superque de rationibus instituendis, ac de domino locuti sumus, iam tempus est de villico loqui, cumque excutere, quid in sui defensionem ac purgationem dicturus & facturus sit.*

*Quis hic villicus iniquitatis sit, non ad- cò apertum est, video enim Patres omnes nimum quantum inter se discrepare. Gau- dentius Ephesinus natione, & Episcopus Ariminensis, Arianorum flagellum & terror, per villicum hunc, dæmonem intelligit. Se- ptimus à S. Petro, Antiochenorum vt quidē Hieronymus ait, Episcopus Theophilus, & ipse quoque Hieronymus, solos Apostolos, aliosque Ecclesiæ vertices & rectores intelligunt. Tertullianus econtra villicum hunc imaginem esse vult populi Iudaici, & inco-*

*ment, omnes hic diuites denotari credit, itē Ioann. Chrysostomus, D. Thomas, S. Augustinus libr. 2. quæstionum Euangelicarum, Beda, Theophylactus, Euthymius. Evidem cum doctissimo Maldonato in aliam sententiam secedo, crediderimque hacce parabola omnes in genere peccatores denotari, nullos vero singillatim coargui.*

*Quidquid de tei sit, veritate, Grace villicus hic saceropus dicitur, quem Latine red-*

*dat Dispensator: denotare autem hic vult*

*Christus, diuites mundi huius non esse ab-*

*solutos bonorum à Deo acceptorum domi-*

*nos & possessores, sed administratores dun-*

*taxat & dispensatores, ideoque eadem non*

*esse dissipanda, consumenda, sed magna*

*cum prudentia & cauteione dispensanda, vt*

*exacta de iis in mortis articulo reddi ratio*

*queat. Fluminis urbem transeuntis aqua, vi-*

*nus solius non est, cuius, sed omnium, vt*

*quotquot voluerint & quantum voluerint,*

hinc haurire queant; ita quoque diuiriæ & o- pes, quæ per mundum hunc torrentium in- star, fluunt, nulli propriæ sunt, aut priuate: sed omnibus in genere communes, quod nouos quotannis, etiam quotidie dominos & possessores nanciscantur. Ceterum dis- pensator hic & cœconomus iniquus & ini- stus est, quem quadam infamia fuligine Eu- angelista denigrat; vt de facto laudat & ex- altat eos, qui prudenter rem suam admini- strant, & sapienter ac prouide se legerunt.

Tres potissimum in veteri Testamento & Tres boni conomi celebrantur, magnisque efferventur dispensatores. præconis, in primis Abraham rerum prepo- litus, de quo in Genesi: *Post mortem Saræ ve-*

*cauit Abraham seruum seniorem domus sua, qui*

*præparat omnibus que habebat. Deinde Ioseph*

*Patriarcha, quem Pharaon domini regie pre-*

*fecit, de quo in Psalmis: *Constituit eum do-**

*minum domus sua, & principem omnium recessio-*

*nus sua.* Denique Abdias, de quo in Regum

*commentarii, cui Achab rex rerum suarum*

*curam concredidit: *Vocavitque Achab ab-**

*diam dispensatorem domus sua.* Abdias autem

*timebat Dominum valde. Non erathuius ge-*

*neris hic noster, sed prodigus, decoctor,*

*nepos, ac mali nominis, adeo ut dissimilatus*

*sit.*

Cum sequiore hanc famam audio, fa- Villicus  
cile agnoscō, dispensatorem hunc peccato-  
ris imaginem gerere; quam multa enim il-  
lum dissimilant, accusant, & apud omnes  
creaturas insimulant! adeo namque illæ pec-  
catum abhorrent, vt semper inclament,  
quam primum vt è medio villicus hic dis-  
pensator & decoctor auferatur, primo incu-  
sant eum dæmones, qui non iniquos modo  
coargunt, sed iustorum etiam famam ob-  
severant, cosque traducere conantur. An-  
no meminiſtis delationis illius, qui san-  
ctissimum virum lob diabolus coram Deo  
denigrare conatus est: *Numquid lob frusta* 10b 1v  
*timet Dium?* & ideo de illo boni Angeli in  
Apocalypsi dixerat: *Proiectus est accusator*  
*featurum nostrorum, qui accusabat eos deinceps Apoc.ii*  
*notis.* Nec ipsis modo dæmones, verum &  
boni angeli peccatores accusant, cumque  
denigrant ac dissimilant; illi scilicet  
sunt, si tropologicæ rem examinemus, qui  
patri.

*Matth. 13.* parrifamilias, cuius ager zizaniis scarebat, auer: *vi imus & colligimur ea?* Sunt quoq;, eodem tropologico intellectu conferrui illi, de quibus in Euangeliō, qui serui illius integrati crudelitatem inhumanitatemque in focios, domino annuntiant. Hinc in Euangeliō Dominus ait: *Nolite contemnere unum angeli de pusilla istu, qui in me credunt. Dico enim vocatorem tuum, quia Angeli eorum semper vident faciem paternam, tuis meis.* quasi diceret: Nolite quenquam horum pusillorum, qui in me credunt offendere, Angeli namque eorum apud Patrem vos meum, velut patroni, tutores, custodes, in omnem partem excubantes, deque eorum rebus nimium quantum solliciti, accusant.

*Abacuc Propheta*, qui centum fere ante captiuitatem Babyloniam vixit annis, hoc respicias, ait & lapides in pariete compaginatos, & ligna aedificiorum impiis actionem intentaturos: *Lapis, inquit, de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas aedificiorum est, respondet.* Longius etiam progressus Apostolus, ait creaturas omnes, agniti peccatorum perueritate, & sceleribus accurritus inspectis, ingemiscere: *Omnis creatura ingemisit, & parturit usque adhuc, quod scilicet peccatori obsequi & obedire cogatur, & cum Deo queribunda expostulat, quasi vim patiens & iniuriam grauissimam: quod se ob honorem ac gloriam Dei creatoris conditam & formatam, in illius contumeliam homines conuertant, & ad peccata inuitant & trahant & abripiant.* Hinc villicus noster, statim ut possessiones decoquere ac prædia deuorare domini cœpit, dissimatus & accusatus est. Et quanam de causa? *Quasi dissipasset omnia bona sua.*

*Peccator, verus bonorum dissipator.* Hæc sunt quæ in unumquemque peccatorem torqueri & obici queunt peccatorem inquam, Dei, veri illius domini, bona dissipantem; quod omnes facultates, potentias, earumque actiones & ad bonum inclinations dissipet & corrumpt; non quod easdem penitus destruat & cuerat, sed quod ita perturber & impediatur, ut ad finem naturalem ac debitum nequeant pertingere; quod exemplo faciam manifestius. Sit cursor aliquis velocissimus: *ocor nimbis & agente-*

*ventes ocyor Euro;* omnes haud dubie ille mortales anteuerteret; hic tamen ita vinculis constringi, & catenis ferreis compediri potest, vt ne vix queat incedere, ipsius tamen agilitas ne minimum lœditur, aut perit. Id ipsum de anima nostra quo minus dicamus quid impedit, ipsa siquidem natura velocissima expeditissimaque est illiusque inclinationes recta illam ad Deum dirigunt; at peccatis onusta & vitiorum funibus contracta, capriua & vincla est ut ne mouere se quidem possit. Vnde conqueritur pius ille princeps & vates: *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* Sua quoque peccator dissipat, quod per peccatum gratia diuina excedat, virtutes, omniaque bona opera prius edita, & quæ æternam erant mercedem pro meritura, amittat. Innuere aliquid videtur Ezechiel dicens: *Si autem auerterit se in suis à iniustitia sua, & fecerit iniquitatem nunguid viet? omnes iniustias eius quas fecerat, non recordabuntur.*

Notandum porro hic est verbum quasi: *Insignis non ait, reuera illum bona dissipasse, & omnibus excidisse, sed quasi, ut hinc firmam peccator spem concipiatur, seseque non nihil consoletur, restare libi scilicet post admissum peccatum remedium & medelam; ut cui verbis illis Davidis ut licet, quibus ille ducem suum Ioseph, post cladem bello acceptam consolabatur: Non te frangat res ista; va- 2. Reg. 12. rius est enim euentus belli, & nunc hunc nunt ilium consumit gladius, conforta bellum aduersus urbem.*

Hem peccator, pusillanimis & imbellis desperas, cum te à peccato prostratum vides, nec feliciter tibi conflictum cecidisse; *ne te frangat res ista*, noli animum contraherere, spem renoua, desideria reaccende, ac simul tibi persuade, varium belli vitæ huius euentum esse, nunc hunc inopinato quodam istu ad terram deiici, nunc illum triumphat & gloriōsum exlurgere, omnesq; in genere mortales belli casibus vicissitudinique vivere obnoxios.

Reuocat hoc mihi in mentem vastam illā arborem Nabuchodonosor, de qua Daniel vocem audiuīt clamantem: *Succidite arborē, præscindite ramos, excutite folia eius, &*

*dispergit fructus eius.* An nō omnem hic quis arborē deſtructam crederet, penitus diſſpatam & omnino perditam? aliqua tamen pars eius ſuperfuit, nam ſubneſtit: *Veruntamen germeſ radiū eme in terra ſinīte, & rōre cœli irroretur.* atque ita factum, ut radice reliqua repullarit, & amplior ac longe procerior facta sit, quam fuerat prius. Huic te arbori perſimilem crede, peccator, & si quando te p̄cātū, ramos reſectos, fructusque diſſipatos videris, ita ut nulla fructus bonorum operum producendi ſpes ſuperfuit, animū tamen idcirco ne deſpondeas, neve tibi perſuadeas omnia propterea peſſum itura; nam virtutum ramis amputatis, fructibusque virtutum diſſipatis, fidei tamen radix in te permanſit, adeo ut cœleſti gratiæ rōre irrigatus denuo ſuccere, ac meritorum fructus proferre poſſis. Quod villici huius exemplo conſirmari poterit, cuius cum fortuna iam peſſimo eſſe loco & penitus amifa videretur, nequam tamen periit, ſed prudentia quadam & aſtu uſus, tum vitam tum opes à periculo vindicauit. Porro ad tropologiam hanc deſcendi occaſione verborum: *Quasi diſſipasset bona ſua.*

Peccator diſſipat bona for- tunæ, na- turæ & gratiæ. Verborum, inquam, qua de peccatore ve- re dici queunt, & eius famam obſcurantiſe ſiquidem eſt, qui bona fortuṇæ, naturæ, ſi- mul & gratiæ decoquit ac diſſipat, nullo rationis aliquando reddendæ respectu habito. Fortuna bona ipſæ ſunt diuinitas, ho- nores ac dignitates, quas ſtolide in ludo, vo- luptatibus, aliisque deliciis inſumit. Bo- na Naturæ ſunt ſpiritus, viuacitas, intellectus industria, iudicij capacitas, memorie tenacia, omnisque animæ facultas, qui- bus abutitur, infinita. ut peccata commi- tat, aſtu communiscaſtur, fraudes machine- tur, & dolos neceſtat. Bona gratiæ ſunt dona cœleſti, ac fauores à Deo dari ſoliti, qui- bus ſum abutitur, cum gratiam Dei incas- ſum accipit, nullum ſidei, ſpeis caritatis fru- ctum producens. Hoc ſignare volens Deus Ezechieli metaphoris verbis ait: *Sumi ti- bi gladium acutum & capillos tibira de, & affu- mes ſlateram ponderis & diuides eos, tertiam partem igne combures in medio ciuitatis, tertiam*

gladio concides, tertiam vero concides, tertiam vero aliam diſperges in ventos. Quid hoc ſibi Allegoria vult emblema, Auditores, quid haec denotat moraliter admonitio, qua signis & reiſpa, non vero exposita, verbiſ instituitur ad litteram captiuitatem denotat Iudæorum, quam in Chaldaea paſſi sunt, in qua alij igne conſumti, alij iugulati, alij vero in diræ feruitutis abrepti ſunt tormentum: at mystice hoc denotabat, quam profusè & nequiter homines bona mundi huīus & etiam cœleſti diſſipient: illa partim comburendo, (qdod per capillos, na- turæ ſuperfluitates denotatur,) quando illas impendunt, quo ignem libidinis foueant & carnis ardoreſ omni voluptatum, deliciarum, gaudiorum genere ſemper accenſos habeant: partim gladio conſumendo, cum nimirum facultates in lites, iurgia ac vitili- tigationes inſumunt: cetera vero in ventum & auras diſperguntur, quando tot facultates & opes vanitatis, ineptiis, pompis, ludis, venationibus, aliisque ſuperfluis ſumptibus dicant. Qua ratione, quia villicus noſter, domini adminiſtriſlet ac diſſipat, diſſipa- matuſt:

Hoc ceterorum ſeruorum adulatio- ni im- putandum eſt, qui hunc miſellum apud do- minum calumnianto traduxeré: quod ta- men neſiat, ſuader Salomon: *Ne acuſes fer- Prou. 30. uum ad dominum;* nihil quippe exitiosus aut cœleſti, quam falſis accusationibus, & calumniis, ſerui fortunam apud dominum, cui ille gratus eſt & iucundus, velle ſub- uertere. Ethnici quoque hoc detestabantur, quod egregio quodam emblemate deſi- gnarunt: Pingebant deam Rhamnifam v. preſſ. na frānum manu præferentem, & corona redimitam, altera vero ramum fraxineum geſtantem: fraxinus autem ita ſerpenti inimica eſt, ut ſi hinc luculentum ignem ex- ſtruas, illinc vero ramulos fraxincos ſpar- gas, ſerpens, ſi quis forte intermedius erit, in ignem ſe potius coniicit, & in cineres redi- git, non grauabitur, quam frondes inimicæ ſibi arboris attingat. Quo designare vo- Princeps bant, nihil eſſe quod regna magis ſtabilitat, adulatio- ac felicius moderetur, quam ſi Princeps res fugiat, adulatores & detractores, veras regnorum viperas ac pestes, procul à ſe repellant, imo

ne accedere quidem patientur, at tam inimicos eosdem sese ostendant, ut in ignem se potius palpones coniici velint quam in principum apparere conspectu. At Villicus noster, viso se ab adulatōribus & malevolis apud herum delatum, admirans & quodammodo desperans ait: *Quid faciam?*

In felicem, inquit, me & calamitatibus oppressum: quid agam miser? quo me vertā? ecce dominum inimicum patior, & malevolos accusatoresque habeo plurimos, qui me villicatione detudere gestiunt. Dominus profusionem & dissipationem meam intellexit, nihil est quod ipsum lateat, villicum me habere renuit, rationes à me depositis, & villicatione me priuare conatur. quid de me fieri? fodiā & arabo agros alienos? sed ne scio, stipem mendicando exigam? at erubescō, quid igitur faciam?

*V.* *Quid faciam?* non ait: *quid dicam?* vt denotet, regnum cœlorum non in verbis, sed factis & operibus consistere. quod & Apostolus calcule suo confirmat: *Regnum Dei non est in fermento.* David quoque interrogans, quinam tandem in cœlos ascensuri sunt: *Quia ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* quamprimum sibi ipsi responder: *Innocens manibus & mundo corde*, dicere volebat, innocentiam magnam, id est, opera bona ad salutem esse necessaria; nec fatis esse credere, aut habere fidem, armatus quoque operi admoendandas. Non satis quoque fuit fencionis Isaac, cum primogenito benedictionem dare veller, verba illius & vocem audiisse, sed manibus cum quoque contrectare & palpare voluit. *Docemur hinc benedictionem, ac præsternim semperternam & cœlestem, operibus & non verbis comparari.* Atque ideo villicus noster ait: *Quid faciam?*

*Iob. 7.* Est hac querela & expostulatio peccatoris à Deo derelicti, & ad illum denovo reuerigentientis: qualem etiam Iob effudit, *Quid faciam tibi o custos hominum?* Verba quoque sunt versuti, & in negotiis pertractandis exercitati, & subdole agere consueti. Unde colligere licet, impios ac scelestos sapientiores & cautores esse pii, sed in vitiis &

peccandi technis, quod & Christus alio con-Improbi firmauit loco: *Ei y huius iaculi prudentiores cautores sunt in generatione sua filii lucis.* Apostolus iustis & Petrus atque alij discipuli in horto oliua- vigilan- rum dormiunt, dum captiuitas Domino im- minet, Iudas autem vigilans milites armat *Matth. 27.* bufones & noctuae de nocte vident, interdiu cœuentiunt. Ita impij Lynceo perfipa- ciores sunt dum peccandi sese offert occa- sio, in bonis vero virtutibusque talpa cœcio- res sunt: Scripturam in conuiuio Baltassa- *D 1.5.* ris regis ad parietem exarataam, nemo Sa- traparum Babyloniorum legere potuit aut intelligere; solus eam legit & exposuit Da- niel. Peccatores in cœlestibus perspicien- dis penitus cœciunt, sed in terrenis & mundi rebus Argo oculatores sunt & mi- nutissima quæque perscrutantur. Cogitate igitur qualnam misellus hic villicus attes ad villicationem & solitam agendi viuendi- que consuetudinem recuperandam inueni- ent, quæ alij ne in mentem quidem veni- sent.

*Quid faciam?* cum herus me villicatione Mundani deiiciat, meam operam repudiet, viuere ne- fine nego- queo. Irascerit hie & dolet sibi villicatio- tiis viuere nem auferri more mundanorum, qui nego- nequeūt. tia semper ambiunt, sine quibus viuere *Sen. lib. de- brev. vita.* non possent, otium & quietem spiritus exo- si, & vitæ solitariae inimicissimi. Huc facit, quod de senatore, nescio quo, refert Sene- ca, huic quod octogesimum ætatis annum ageret, Cæsar vacationem à reipublicæ mu- nus concederat, vtque in otio & quiete re- liquos vitæ dies transigeret: sed tantum absfuit, vt ille hoc sibi nomine gratularetur, vt mortem sibi potius illatam crederet: qua- si mortuum iussit, quod scilicet honoribus & muneribus defunctus & priuatus es- set, sine quibus viuere vix se posse existima- bat: tantopere ei scilicet negotia & inquietudines placebant: quo cognito Imperator cum pristina functione gaudere, & reipubli- ca negotia quoad viueret tractare permi- sit. Quot, cheu! hodie huiusmodi reperi- est, qui Viriæ Herae personates sunt? huic e- 2. *Reg. 12.*

viuere; consilio neglecto, non ideo se quietum, mollem & effeminatum esse ait, vt otium agere possit à negotiis vacuus; arma se gestare didicisse, & nis iam à teneris assueuisse, negotia denique quieti præferre: at si otium & quietem elegisset, vitam inglorius non amisisset. Quot vero mundanos repetremus, qui pacem & quietem, quæ tamen suadere cœlum solet, exosi, & bello & tumultibus assueti, inque medis turbis viuentes & negotiis immorientes, extremam sibi perniciem & interitum animabus adferunt sempiternum? Atque hoc modo villicus nostre sermocinatur, *quid faciam?*

*Quid faciam?* si heri gratia benevolentia que excidam, à quo solo totus dependebam cliens? *fodere non valeo, mendicare erubesco.* Quam graue est, Auditores, dum quis deliciis voluptatibusque assuevit, ad ærumnas & dolores delabi? quomodo affectum creditis iuuenem illum prodigum, cum se ad inopiam redactum alterius factum vidi subulcum; se, inquam, cui alij iam olim sedulo & capite nudato seruerant, quiq; deliciis & quieti molliter assueverat: *Fodere non valeo,* id est, vt allegorice hoc exponam, rigidæ pœnitentiae opera præstare nequo, corpus emacerare, flagellis in tergum lauire, integras quadragelimas iejunare, peccata deplorare, voluntatem propriam abdicare, in monasteriis viuere, mundo repudij libellum dare, & austeriorates amplecti: quâuis enim hæc perfectis sint facilia, mihi tamen deliciis assueto, & molliter educato ac tenello, grauissima sunt ac difficillima. *Mendicare erubesco,* id est, salutem meam depescere à Deo me pudet, imo ne Deum quidem orare audeo, veniam petere delictorum, Sanctorum mihi patrocinium implorare. Peccatorum grauitatem ac multitudinem ita erubesco, vt nec coram Deo, nec Sanctis audeam comparere: *Quid igitur faciam?*

**VI.** Atque vt hoc fortuna non excidat, pristinum locum non amittat, tempestatem capitii imminentem auertat, itaque negotia sua pertractat, eum vt dominus & illius prudenter dilaudat. *Quid igitur facit eleemosynam velut mediatrixem adhibet, & debito-*

ribus domini misericordem ac benignum sc Eleemosynam exhibet: vni quinquaginta cados olei, alijs synapsas quinquaginta coros tritici, aliis alia remittentes sit, hacque ratione plurimos sibi deuinxit. iuuat. Quem vt imitemur suadet Christus: *Facies,* inquit, *vobis amicos de mammona in quietu.* Mammona S. Hieronym. vocem esse credit Syriacam, & illa designari diuitias: diuitiae autem iniquitatis dicuntur, tum, quod viis illicitis & inquis comparantur, tum vero, quod postessores ad iniquitatem pelliciant, ad libidinem ac superbiam pertrahant, ambitionem causentur, delicias persuadeant; at si in eleemosynas expendantur, magnanimatori meritorum segetem adferunt. Nequo enim Daniel aliud regi Nabuchodonosori ad iram diuinam auertendam, & calamitatem quæ regno vitæque illius impendebat auerruncandam, medium suggerit, quam eleemosyna: *Peccata tua, inquit, eleemosyna redime;* sola illa te saluare modo poterit Dominus rex, hanc igitur cole, itaque & tibi libertatem, & peccatis indulgentiam comparabis.

Et profecto eleemosyna præclarum est aduersus omnia delicta remedium; *sicut et Ecclesiæ aqua extinguit ignem,* sic eleemosyna resiftit peccatus. O sublimem ac vere profunda eleemosynam! Hinc quippe sequitur maioris eleemosynam esse potentia ac quid comitum, quam omnis natura simul. Omnes diuinitate namque naturæ vires, (contra Pelagianos communem ut afferamus) vnum abolere peccatum habent, non possent, & minima eleemosyna omnia simul peccata eluere ac redimere posset. Diluum tempore Noë, igitur ad Elizæ preces cœlo demissus. Samaritana fames & penuria circumcisionis culter, vniuersa Aaronis sacrificia, omniaque Patriarcharum merita, ne vnum quidem delere aut oblitterare potuerunt, & sola eleemosyna profligat ac fundit omnia. Diuinum igitur quid in se continere videtur: si enim certum est, vt reuera certo certius est, ad peccata delenda infinitam quamdam potentiam requiri, nihilq; vñquam extiterit, quam Dei filij sanguis, qui infiniti cuiusdam ponderis erat & valoris, quo eadem potuerint prosterni; profecto eleemosyna hoc cum

cum illo commune haberet, quod sola de ini-  
miciis triumphet, qui de cæteris omnib. tri-  
umphant.

Magnus ille Patriarcha Iacob, cum vxo  
ribus, filiis & gregibus e Mesopotamia re-  
diens, fratriisque sui Esau iram metuens, qui  
illi armatus occurrebat, vitam crepturus,  
omnem conseruationis spem in sola mis-  
ericordia cuius præcipua pars eleemosyna  
est, collocavit; quare spemque metumque  
inter dubius ait, *Placabo eum muneribus.*  
Ut pro confutidine mea allegorice hoc  
exponam, dixero eleemosynas dona esse  
priora, sed ad iram diuinam ob vitia no-  
stra conceptam leniendam & placandam.  
Atque hoc fuit consilium prudentis illius  
tegis, de quo in Euangelio, qui cum alium  
sibi regem viginti hominum millibus in-  
structum occursero cerneret; cui cum de-  
cem millium exercitu, id est, decem deca-  
logi præceptorum obseruatione, resistere se  
posse disfidebat, missis legatis, pauperibus  
inquam, & mendicis, rogat ea quæ pacis  
sunt, petit inducias, & misericordiam effla-  
gitat.

Cæterum regius propheta hacce de re a-  
gens beatos credit eos, qui eleemosynam li-  
benter & grato animo conferunt & miseri-  
cordiam illis pollicetur in altero sæculo, qui  
in hoc eamdem pauperibus declararunt;  
*Iucundus*, inquit, *homo, qui miseretur & com-  
modat, disponit sermones suos in iudicio quia in  
eternum non commouebitur.* Scio locum hunc  
diuersimode exponi solere. Nam *disponit  
sermones suos in iudicio*, Rabbi Abraham tan-  
tundem valere credit, ac in verbis suis pro-  
vidus & sapiens est, eaque cum iudicio &  
Varie ex cautela, debito loco & tempore deponit.  
positiones Kimhi vero & Symmachus aliam viam te-  
socialicu- nent, *Dauar enim hebraicum, verba trans-  
itus e Psal. scendens est & pro una eademque re acci-  
mo III.*

*pitur, Disponit sermones suos in iudicio.* id est,  
bona sua mature & cum iudicio dispensat,  
& discreione & prudentia in liberalitatibus suis viratur. Rabbi Salomo ait, *disponit  
sermones suos in iudicio*, id est, qui ita affectus  
suis moderatur, itaque desideria disponit,  
vt de necessariis sibi partem rescindens, lu-  
xumque & prodigalitatem exosus, erga pau-

peres se benignum ostendar. Sed communis  
interpretatio quæque magis mihi modo ad  
gustum, præfert, *Iucundus homo, id est  
beatus, qui sèpius eleemosynam elargitur,  
ac misericordiam in pauperes declarat; tam  
bene namque res suas dirigit ac disponit,  
vt in die iudicii non sit cum aliis conde-  
mnandus, sed è contra amplissima mercede  
donandus.*

David rex cum testamenti tabulas con- 3. Reg. 1.  
deret, filiumque Salomonem supremis ver-  
bis compellaret, atque amicos illi de melio-  
re nota commendarer, filios Berzellai Gaala-  
ditis regia semper mensæ voluit assidere:  
*filius, inquit, Berzellai reddes gratiam, eruntque 1. Reg. 17.  
comedentes in mensatua occurrerunt enim mihi, & 19.  
quando fugiebam à facie Absalom.* Mysticus  
horum verborum sensus est hic: Christus  
hodie exulare, possessione rerum temporali  
quodammodo electus videtur, idque  
in persona pauperum suorum; illi ergo in-  
star Galaaditis huius occurrite, commeatum  
illi eiusque exercitui, pauperibus inquam  
præbete, & certo certius afferius, collatam  
in se gratiam agnoscat, vosque regiæ æter-  
næ beatitudinis mensæ faciet accumbere,  
mensæ cui angeli accumbentes, saturari pree-  
gaudio nequeunt.

Exploratores quo Iosue ad Iericho ex- 1. Jos. 2.  
plorandum miserat; domui Raab in excidio  
pepercerunt, quod illa spicis eos cooperitos  
ab interitu vindicasset, spicæ ha aristæque  
superflua & reliquias opum nostrarum no-  
bis denotant; allegoria porro innuit, illos,  
qui pauperum vitam cōseruant, periculaq;  
ab iisdem & iniurias varias propulsant, ac re-  
liquis & superfluis cooperiunt, id est, quilibet  
libenter eleemosynas in illos effundunt, con-  
seruandos; cum generalis illa & vniuersalis  
mundi ruina aduenerit, cum cœlum, terra,  
elementa, omnesque creaturæ pessum ibunt.  
Nostra autem verba momento suo stabiliens  
Christus, in Euangelio ait, *Quod superest, date 1. Luc. 11.  
eleemosynam.*

Eleemosynæ quoque, vt nouū quid adfe- Eleemo-  
ram, proprium est, dantem nunquam paupe- syna ditat-  
rē, sed divitem semper reddere. *Vidua Elifæi*, dantes,  
quamdiu oleum illud miraculo & prodigio  
auctū in vacua effundebat vase, semper ex-  
cresce-

cresebat, at vbi fundere desit, crescere quoque desit. Docemur hocce prodigio, quam diu in vacua illa opibus vasa, id est pauperes, oleum misericordiae effuderimus, divitias indies accrescere, quemadmodum & aqua putealis, quo plus exhaeritur, quo & copiosius inferne subintra; ita eleemosyna putredis quidam benedictionis est, è quo quanto plus dando pauperibus exhaeris, quo & eadem amplius excrescat. è contra vero vbi nulla effluit eleemosyna, nihil quoque redudare solet.

Similia.

Aqua fossarum, paludum, & stagnorum, quod semper stant & nusquam defluant, nonnisi fordes & cœnum trahunt, ranas, bufones, serpentes proligunt; sed quæ fluant, nitidæ sunt, limpidæ, vitro pellucidiore, ad potandum dulces, piscibus referatae, & ex omni parte gratissimæ. Ita quoque thesauri, & opes, arcis semper inclusæ, & quæ per eleemosynam numquam fluunt, nonnisi ranas, bufones, & lacertas, id est, peccata, scelerata ac luxum gignere solent: at quæ in pauperes effunduntur & inopes, meritum causantur possessori. Deoque sunt quam gratissimæ. Frumentum quoque in horreo non excrescit, at selenumero à muribus arroditur, in terram vero conjectum fructum adfert centesimum: ita diuitiæ crumenæ aut arcæ inclusæ nullam utilitatem adferunt, at in manibus pauperum seminatae, centesimum fructum reddunt cum fœnore. Huc alludere visus est Psalmista dicēs: *Domine perficit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi.*

Psal. III.

Simile.

Aquilam dum prædam cepit aues vti & leonem animalia varia sequi solent, quibuscum prædam diuidunt, quæque de mensa illorum velut clientes vicitant; nam postquam ipsi saturati sunt, reliqua in parasitos dispergunt; vultur vero & vrsus auaritia infames, quidquid prædati sunt aut quam primum deuorant, aut si quas forte reliquias habuerint, easdem abscondunt. Eleemosynatii & qui in pauperes sua dispergunt, aquilam & leonem imitantur, generosam illam prosapiam: at auari & immisericordes, vrsos & vulturi persimiles sunt; quod tamen Christus vetat, sed eleemosynas in proximū vult

effundi, facite vobis amicos de mammam iniquitatis, atque in hoc Euangelico epiphonemate finem faciam.

Quamobrem, Auditores Catholici, hæc Cœlus, vobis audita pro sit parabola: memineritis, obsecro, Deum nostrum esse locatorem, nos nonnisi conductores, villicos & dispensatores, sed dissolutos, qui que indies illius bona acceptasque cœlitus gratias dissipamus: recordamini etiam venturum aliquando tempus quo omnium exactissima reddenda erit ratio, & quo nobis diues ille im properabit, *Quid audio de te?* Episcope, Prælate, Pastor quid audio? lupi gregem vestrum inuadunt, sacerdotum magna in diœcesi vestra dissolutio est, non usque adeo accurata templorum habetur ratio; curiones & parochi muneri suo inepti sunt. *Quid audio de te?* aulae lectoris, venerationis studes, canes alis, vita tua infamis est, Ecclesiæ redditus bona que sacra in ysus illicitos impendis, de anima vero, ne minima tibi habetur ratio. *Quare redderationem vilificationis tue.*

Et sane Pastores, de omnibus exactissima minutissimaque ratio reddenda est, & im primis de animabus: vnde ad Hebreos Apostolus, *Ipsi enim per uigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* an non & Iacob Patriarcha ouium pastor, de gregi suo accuratam auunculo Labano rationem reddidit? nam crimen sibi impositum diluturus, causamque defensurus ait: *Idecirco uiginti annū fructum, oves tuae & capre steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedunt, nec captum ab bestia ostendit tibi, ego damnatum omne redebam;* quid quid furto peribat, à me exigebas, & apud Ieremiam, alia expostulatio: *Vbi est gressus tuus qui datus est tibi? pecus inclytum tuum? quid dices, cum visitauerit te? numquid dolores non apprehendent te quasi mulierem parturientem?*

Quin & tibi aliquando dicetur, sacerdos: *Quid audio de te? redderationem vilificationis tue.* Quomodo vitam instiuiti, vt strophe, pastor, an vero vt impostor? vt præaco, an prædo? sacerdos an sacrilegus? Prælati instar an Pilati? vt doctor an seductor: Cur ad ecclesiasticam dignitatem ascendisti, an propter

Hebreos

De  
de  
da  
da

Gen. II.

Ierim. 33:

DOMINICA NONA  
POST PENTEC.

*Cor. 4.*  
propter onus, an honores: ob voluptates an difficultates? ad extrinendum, an destruendum? charitate motus an cupiditate: sed, *Sic vos existimet homo*, sacerdotes, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei Hoc, oblecto, cogitate, & tu popule Christiane parabolæ reminiscere.

Tu vero omnipotens Deus, cœli ac terræ conditor, summe elocutor noster & creditor, quem decipere nemo queat, at cui omnium actionum, verborum, cogitationumq; seuerare reddenda est ratio, nostri obsecro misere-re, teque clementem & benignum erga deli-cta nostra exhibe. Sumus eheu! villici illi i-niquitatis, gratiarum tuarum dissipatores, iniqui dispensatores, de quibus tam malus & inhonestus rumor in cœlum vsq; sparsus est; quos Angeli, dæmones, atque adeo creaturæ omnes quotidie apud Majestatem dissimilant & coargunt. Quid, Eheu! agemus? quid nobis fieri, quando nimis nobis ad locum rationum vocatis, virtus huius villicationem auferes. Tunc villicari amplius non dabitur, non mereri, non opera denique pœnitentia facere: tunc Sanctorum preces, gloriose Vir-ginis intercessio, Iesu Christi gratia interce-derit. Quamobrem nostri, oblecto, summe de vita-  
*Deo ratio-*  
*devita-*  
*deinde-*  
*da.*  
Index, cui reddenda erit ratio; magne posse-for, cuius villici sumus; æterne pater, cuius filii, miserere; rigorem noli ostendere, sed benigne ac suauiter nobiscum agas: & praes-ta, ut interea prudentiam & astutum villici huius imitemur, diuitiis iniquitatis inquam amicos nobis paremus, id est, è bonis, quæ saepenumero obesse solent & malum adfert, eleemosynas faciamus, pauperes nobis pro-pitijs reddamus, quo per eos aliquando in tabernacula æterna, in quibus beatitudinem nostram exspectamus, admitti merca-mur, ad quæ nos deducere digne-tur Pater & Filius & Spiritus sanctus. Amen.



Tom. 2 Pars Æstina.

- I. De efficacia & præstantia lacrymarum.
- II. De ierosolymitana clade.
- III. De eiusdem cladi causa & origine.
- IV. De lacryma Christi.
- V. De peccatis deplorandis.
- VI. De amore patriæ.

Cum appropinquaret Iesus Ierusalem, videns ciuitatem fleuit super eam *Luc. 19.*

## FIGVRA.

*Q*iamuis Mardochæus, equo regio, mul-tis purpuratis stipantibus, magna pompa & honore, per omnia urbis compita, Af-sueri regis iusu veheretur; Aman quoque regis intimus equum deducebas, præconis vice functus in clamaret: *sic honorabitur quæ-cumque rex voluerit honorare;* nunquam ta-men sanguinolentam illam aduersus popu-lum suum decretam sententiam qua omnes per regnum ubique sparsi Iudei paucis post diebus ad necem deposebantur, animo po-tuit eradere: cum enim ciues suos & conca-priuos plaudentes & sibi de triumpho co-gratulantes cœrarent, ut qui imponentem calamitatem & ruinam capiti certissime im-minentem ignorarent, ipse totus in lacrymas resolutebatur; ipse timentibus Hebreis, fletu madebat: suspirabat, ingemiscebatur, & albi-cantem illam barbam lacrymarum imbre, velut balsamo & malobathro Syrio irriga-bat. Et sane si quis eum tunc Iudeus lacry-marum causam interrogasset, cur inquam triumphi & iubiti tempore dolore confice-rotur amarissimo, haud inepte respondere potuisset, vestram calamitatem deploro fra-tres, urbis vestra excidium gemo, fletum oculis excutiunt imminentia vobis mala; fleo inquam, quod post hebdomas aliquot nullus omnino vestrum sit in viuiera Persi-de & Assyria futurus superstes. Hoc ipsum in hodierno Euangelio mihi quoque videre vi-

Z

deor: